


Edition Open Sources

Sources 8

Stefan Paul Trzeciok:

13. Kapitel des 1. Traktats des 3. Teils

DOI: 10.34663/9783945561102-33



In: Stefan Paul Trzeciok: *Alvarus Thomas und sein Liber de triplici motu : Band II: Bearbeiteter Text und Faksimile*

Online version at <https://edition-open-sources.org/sources/8/>

ISBN 978-3-945561-10-2, DOI 10.34663/9783945561102-00

First published 2016 by Max-Planck-Gesellschaft zur Förderung der Wissenschaften, Edition Open Sources under Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 3.0 Germany Licence.
<https://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/3.0/de/>

The Deutsche Nationalbibliothek lists this publication in the Deutsche Nationalbibliografie; detailed bibliographic data are available in the Internet at <http://dnb.d-nb.de>

128

Primi tractatus

gere opus est sic argumentari a. ponā in certa proportionē adequate vel inadequate velocitatis continuo mouetur & b. pōna precedens igitur a. ponā tandem b. ponā attinget. Cetero & perpetuo motus eius duraret. Quodat hoc correlative ex se. Quidura alia argumenta contra plerae sibi duorum precedentium capitum conclusiones adducit calculatoꝝ in secundo capite de medio non resistente: sed ea omnia intellec̄tis his que dicta sunt facile dissoluuntur. Posset hic etiam plures induc̄t conclusiones de velocitate motus in medio uniformiter difformi utrīq; ad gradum terminato & de diversarum ponarum motuꝝ comparatione in huiuscmodi medio: sed ex predictis a perplicaciūsculo ingenio aliquantam labore comprehendere valent. Ideo supercedo & hec de his dicisse sufficiat.

De motu penes causam in medio uniformiter difformi non variato finis.

Sequitur de motu penes causam in medio non resistente.

Capitulum tridecimum in quo ponitur aliqua conclusiones velocitatē motus penes causam declarates in medio non resistente in quo est progressio latitudinis resistente uniformiter difformis: gradu intensiori quiescente.

Non iam superest ponere aliquas conclusiones de velocitate & tarditate motus penes causam in medio non resistente in quo est progressio, generatio, siue extensio latitudinis resistente partibiliter quo ad subiectum. Ideo pro his conclusionibus idicendis mathematico ordine aliquas suppositiones per modum terminorum declarationis duximus premitendas.

Prima suppositio Resistentia in progresso accipitur pro quadam qualitate distincta a suo subiecto conotando ipsam natam esse impedire velocitatem motus: ne mobile ita cito pertransireat spacium in quo ipsa est: sicut pertransire si ipsa non esset: & loquor de resistente motus localis.

Secunda suppositio Per medium non resistens in proposito intelligentem est spacium separatum a tali qualitate id est carente resistentiā instar vacui quod antiqui philosophates ponebāt cuius vacui physiokus quartus de physico auditu tractatu secundo capitulo secundo & tertio meminit. Quare non merito Calcu. in conclusione de medio non resistente nonnūq; tale spacium vacuum appellat: sepius vero medium non resistens.

Tertia suppositio. Qualitas que partibiliter alicui subiecto acquiritur: tripliciter potest acquiri: Uno modo partibiliter quo ad intensiōē tantum. Alio modo partibiliter quo ad intensiōē & extensiōē simul: Et tertio modo partibiliter siue successivo quo ad extensiōē tantum siue quo ad subiectum tantum (quod idem est in proposito) primi duo modi declarabuntur inferius in quarto tractatu. Sed tertius modus nunc venit declarandus. Iero quo aduertendum est q; tunc qualitas dicitur acquiri: siue progredi: siue generari: (quod idem) partibiliter quo ad subiectum tantum quando ipsa continuo efficitur maior: & continuo magis extendetur per subiectum: & nullo pacto efficitur intensior & talis acquisitionis quo ad partes subiecti fit per ac-

phys. 4.
phi.
cal. & me:
no resis-

Capitulum tridecimum

quisitionem raritatis ipsi qualitatati. Hoc autem familiari exemplo potest sic declarari. Nam capitulo pedali albo per totum volo & pedali manente nec rarefacio nec condensatio, & diuisa hora presenti proportionales propotione dupla majoribus terminatis versus insians initiatum in prima parte proportionali illa albedo condensatur ad subduplicem relinquendo primam partem proportionalem pedalis proportionem duplam: & maneat precise in residuis partibus proportionibus: & in secunda parte temporis relinquat secundam partem proportionalem pedalis condensando adhuc ad subduplicem. Et in tertia iterum ad subduplicem & sic consequenter. Et maneat in fine hore illa albedo non quanta in illo subtereo indubitate in eo existens: dein de diuisa hora futura per partes proportionales ordine prepostero puta minoribus versus initiatum insians terminatis: incipiat illa albedo exten- di partibiliter per illud subiectum ita rarefacio scilicet condensatur: ita & in qualibet parte proportionali sequenti efficiatur i' duplo maior: & fuit in parte proportionali immedieate precedenti. Tunc in rati casu illa albedo dicitur in illa secunda hora generari partibiliter quo ad subiectum tantum. Et de tal modo progressionis siue generationis latitudinis resistente loquendum est in proposito. Et hoc modo intelligit Calcu. casum prime conclusionis in capitulo de medio non resistente.

Quarta suppositio Latitudo resistentia uniformiter difformis tripliciter valer progressi siue extendi continuo manens uniformiter difformis sub eadem intensione in medio non resistente. Uno modo quiescente extremo remissori siue non gradu: ceterisq; punctis in omnibus. Secundo modo quiescente extremo remissori: ceterisq; punctis in omnibus. Tertio modo neutro extremo totaliter quiescente: sed latitudine resistente a latere latius mouente: vel una parte extremi mouente: & altera quiescente & sic milia alias modis potest imaginari talis resistente progressio. Sed duo primi modi videntur presenti considerationi deseruiri.

Quinta suppositio Latitudine resistentie manente uniformiter difformi sic mouente ut dictum est: necesse est puncta extremo quiescenti, pp̄m quicunque tardius moueri. Patet quia alias resistentia non maneret uniformiter difformis ut patet ex distinctione qualitatis uniformiter difformis.

His addo q; cum dicimus potentiam moueri cum huiuscmodi resistentie progressione: intelligimus ipsam per lineam brevissimam moueri ab extremo in extremum.

His positis sit prima conclusio Dato medio non resistente a cuius uno extremo incipiat progressi partibiliter latitudo resistente uniformiter difformis altero extremozum siue intensiori siue remissori quiescente ut declaratum est in tertia suppositione: ipsa latitudine continuo manente uniformiter difformiter extensa: omnino gradu eius continuo uniformiter mouente: si aliquod mobile aliquando cum tali resistente mouetur uniformiter ipsum in eo tempore continuo est ad idem punctum illius resistente dummodo mobile non varietur nec resistentia quo ad intensiōē aut remissionem. Probatur hec conclusio quoniam si tale mobile aliquid mouetur uniformiter cum tali resistentia se quitteret & in illo tempore continuo mouetur ab easdem proportione sed nullam eandem proportionem

opus est sic argumentari: A potentia in certa proportione adaequata vel inadaequata velocius continuo movetur quam B potentia praecedens, igitur A potentia tandem B potentiam attinget. (Esto, quod perpetuo motus eius duraret.) Patet hoc correlarium ex se. ¶ Plura alia arguenda contra plerasque duorum praecedentium capitum conclusiones adducit calculator in secundo capite de medio non resistente, sed ea omnia intellectis his, quae dicta sunt, facile dissolvuntur. Posset hic etiam plures induci conclusiones de velocitate motus in medio uniformiter difformi utrumque ad gradum terminato et de diversarum potentiarum motuum comparatione in huiuscemodi medio, sed ex predictis a perspicaciusculo ingenio aliquali tamen labore comprehendendi valent. Ideo supersedeo, et haec de his dixisse sufficiat.

¶ De motu penes causam in medio uniformiter difformi non variato finis.

¶ Sequitur de motu penes causam in medio non resistente.

13. Kapitel des 1. Traktats des 3. Teils

Capitulum tridecum, in quo ponuntur aliquae conclusiones velocitatem motus penes causam declarantes in medio non resistente, in quo est progressio latitudinis resistantiae uniformiter difformis gradu intensiori quiescente

Quoniam iam superest ponere alias conclusiones de velocitate et tarditate motus penes causam in medio non resistente, in quo est progressio, generatio sive extensio latitudinis resistantiae partibiliter quoad subiectum. Ideo pro his conclusionibus inducendis mathematico ordine alias suppositiones per modum terminorum declarationis duximus praemittendas.

Prima suppositio: resistantia in proposito accipitur pro quādam qualitate distincta a suo subiecto connotando ipsam natam esse impedit velocitatem motus, ne mobile ita cito pertranseat spatium, in quo ipsa est, sicut pertransiret, si ipsa non esset, et loquor de resistantia motus localis.

Secunda suppositio: per medium non resistens in proposito intelligendum est spatium separatum a tali qualitate, id est carens resistantia instar vacui, quod antiqui philosophantes ponebant. Cuius vacui philosophus quarto de physico auditu tractatu secundo capitibus secundo et tertio meminit. Quare non in merito calcu[lator] in conclusionibus de medio non resistente nonnumquam tale spatium vacuum appellat, saepius vero medium non resistens.

Tertia suppositio: qualitas, quae partibiliter alicui subiecto acquiritur, tripliciter potest acquiri: Uno modo partibiliter quoad intensionem tantum, alio modo partibiliter quoad intensionem et extensionem simul, et tertio modo partibiliter sive successive quoad extensionem tantum sive quoad subiectum tantum, (quod idem est in proposito.) Primi duo modi declarabuntur inferius in quarto tractatu. Sed tertius modulus nunc venit declarandus. Pro quo advertendum est, quod tunc qualitas dicitur acquiri sive progredi sive generari, (quod idem est), partibiliter quo ad subiectum tantum, quando ipsam continuo efficitur maior, et continuo magis extenditur per subiectum, et nullo pacto efficitur intensior, et talis

acquisitio quo ad partes subiecti sit per acquisitionem | raritatis ipsi qualitat. Hoc autem familiari exemplo potest sic declarari: nam capto pedali albo per totum volo, quod pedali manente nec rarefacto nec condensato et divisa hora praesenti per partes proportionales proportione dupla maioribus terminatis versus instans initiativum in prima parte proportionali illa albedo condensetur ad subduplum relinquendo primam partem proportionalem pedalis proportione dupla, et maneat praecise in residuis partibus proportionalibus et in secunda parte temporis relinquat secundam partem proportionalem pedalis condensando adhuc ad subduplum et in tertia iterum ad subduplum et sic consequenter. Et maneat in fine horae illa albedo non quanta in illo subiecto indivisibiliter in eo existens, deinde divisa hora futura per partes proportionales ordine praepostero, puta minoribus versus initiativum instans terminatis, incipiat illa albedo extendi partibiliter per illud subiectum ita rarefiendo, sicut condensabatur, ita quod in qualibet proportionali sequenti efficiatur in duplo maior, quam fuit in parte proportionali immediate praecedenti. Tunc in tali casu illa albedo dicitur in illa secunda hora generari partibiliter quoad subiectum tantum. Et de tali modo progressionis sive generationis latitudinis resistantiae loquendum est in proposito. Et hoc modo intelligit calcu[lator] casum primae conclusionis in capitulo de medio non resistente.

Quarta suppositio: latitudo resistantia[e] uniformiter difformis tripliciter valet progredi sive extendi continuo manens uniformiter difformis sub eadem intensione in medio non resistente, uno modo quiescente extremo {intensiori}¹ sive non gradu ceterisque punctis moventibus, secundo modo quiescente extremo [intensiori] ceterisque punctis moventibus, tertio modo neutro extremo totaliter quiescente, sed latitudine resistantiae a latere in latus moveante vel una parte extremi movente et altera quiescente, et sic mille alios modis potest imaginari talis resistantiae progressio. Sed duo primi modi dumtaxat praesenti considerationi deserviunt.

Quinta suppositio: latitudine resistantiae manente uniformiter difformi sic movente – ut dictum est – necesse est puncta extremo quiescenti propinquiora tardius moveri. Patet, quia alias resistantia non maneret uniformiter difformis, ut patet ex definitione qualitatis uniformiter difformis.

¶ His adde, quod cum dicimus potentiam moveri cum huiuscemodi resistantia progrediente, intelligimus ipsam per lineam brevissimam moveri ab extremo in extremum.

His positis sit prima conclusio: dato medio non resistente a cuius uno extremo incipiat progredi partibiliter latitudo resistantiae uniformiter difformis altero extremorum sive intensiori sive remissori quiescente, ut declaratum est in tertia suppositione, ipsaque latitudine continuo manente uniformiter difformiter extensa omniq[ue] gradu eius continuo uniformiter movente, si aliquod mobile aliquando cum tali resistantia movetur uniformiter, ipsum in eo tempore continuo est ad idem punctum illius resistantiae, dummodo mobile non varietur nec resistantia quoad intensionem aut remissionem.

Probatur haec conclusio, quoniam si tale mobile aliquando movetur uniformiter cum tali resistantia, sequitur, quod in illo tempore continuo movetur ab eadem proportione, sed nullam eandem proportionem

¹Sine recognitis: remissori.

De motu quo ad causā in medio non resistente.

129.

habet ad duo diversa puncta illius resistente cum sit uniformiter difformis ex casu ergo sequitur qd nū. Qd est cum diversis punctis in illo tempore in quo mouetur uniformiter. Patet consequentia qd si in eo tempore esset cum diversis punctis iam diversas proportiones haberet maiorem videlicet cum uno quaz cā altero vt patet quia eiusdem ad minus maior est proportio qd ad manus. Patet igitur conclusio.

i. coroll. Ex quo sequitur qd ubi in tali resistente sic pugnante vt dictum est aliquid mobile non variatum aliquando mouetur uniformiter: ipsum post hoc continuo mouetur uniformiter. Probatur quia si tale mobile aliquando mouetur uniformiter sequitur qd ipsum in eo tempore continuo est in eodem puncto vt patet ex conclusione: et si in eo tempore continuo est in eodem puncto sequitur qd illud mobile non sufficit cum illo punto mouere velocius qd punctus ille mouet et continuo illud mobile habebit eandem proportionem ad illum punctum quia non variabitur ut pono et continuo punctus ille mouetur uniformiter et eque velociter ex casu: igitur sequitur qd punctus ille nūq; precedit mobile: nec vñq; mobile precedet punctum: et mouebitur: igitur continuo mouetur cum illo punto eque velociter et uniformiter quod fuit probandum. Qd patet igitur corollarium.

z. coroll. Sequitur secundo qd ubi in medio non resistente ē progressio sine extenso latitudinis resistente uniformiter difformis altero extremoz: quiescente quo libet punto continuo mouente difformiter potentia pugnante cum tali resistente nūq; continuo uniformiter mouetur. Probatur quia si per aliquid tempus continuo uniformiter moueretur: per illud tempus continuo esset cum eodem puncto: et si sit continuo per aliquid tempus cum eodem puncto cuz qui liber punctus difformiter mouetur: sequitur qd ipsa potentia difformiter mouetur. Qd patet igitur coeruleum.

Secunda conclusio *Ubi in medio nō resistente sit progressio latitudinis uniformiter difformis utrimeq; ad gradum terminatae quiescente extremitate intensiori, et remissiori velocius mouente qd potentia sufficit moueri cuz illo et quilibet eius puncto intrifero uniformiter mouente: potentia illa simul et ab eodem punto incipiens moueri cum tali resistente non valeat diversimode moueri: hoc ē aliquando intendendo, et aliquando remittendo, vel aliquando intendendo: et aliquando uniformiter mouendo: vel aliquando remittendo, et aliquando uniformiter mouendo. Qd probatur quia talis potentia non potest aliquando intendere: motum suum et aliquando remittere: nec aliquando intendere motum suum et aliquando uniformiter mouere: nec aliquando remittere motum suum: et aliquando uniformiter mouere: igitur conclusio vera. Antecedens probatur quia talis potest non potest aliquando uniformiter moueri et immediate post hoc intendere aut remittere motum suum: nec potest aliquando intendere motum suum: et immediate post hoc remittere: nec potest aliquando remittere: et immediate post hoc intendere: nec aliquando intendere: et immediate post hoc uniformiter moueri: nec aliquando remittere: et immediate post hoc uniformiter moueri: igitur talis potest non potest aliquando intendere motum suum: et aliquando remittere: nec aliquando intendere motum suum: et aliquando uniformiter moueri: nec aliquando remittere motum suum: et aliquando uniformiter moueri: quod fuit probandum. Consequentia est manifesta: et maior patet ex corollario precedentis conclusionis: et prima pars*

minoris probatur videlicet qd talis potest non potest aliquando intendere motum suum et immediate post hoc remittere: quia si sic detur instans in quo incipit remittere ante quod instans immediate intendebat motum suum in quo instanti talis potentia sit in puncto a, a quo incipit remittere motum suum per te continuo cum intensiori pucto mouendo qd sit a, et capio unam partem illius resistente terminatam ad punctum a, per quam mouendo ipsa potentia continua intendit motum suum: et manifestū est qd ipsa potentia sic intendens motum suum cori nudo per illam partem velocius mouetur cum quolibet puncto illius resistente quam ille punctus mouetur: Alias enim non continuo intendenter per illam partem mouendo: Et ex alia parte per te ipsa continua remittit motum suum per illam resistentiam vel aliquam eius partem mouendo: igitur ipsa potest non continuo per illam partem velocius mouetur cum quolibet puncto illius resistente quam ille punctus mouetur: Et sic sequitur contradictionis. Quādo quidem omnia illa puncta uniformiter continuo mouētur ex casu conclusione. Nam probo secundam partem minoris videlicet qd illa potest non potest aliquando remittere motum suum: et immediate post hoc intendere: quia si sic detur instans in quo incipit intendere ante quod instans immediate remittebat motus suū in quo instanti talis potest sit in puncto a, a quo incipit intendere motum suum per te continuo cum remissori puncto mouendo qd sit a, et capio unam partem illius resistente terminatam ad a, punctum per quam mouendo continuo remittebat motum suum et manifestū est qd ipsa sic remittens motum suum continua per illam partem mouendo tardius mouetur cum quolibet puncto illius partis quam ille punctus mouetur: Alias enim non continuo remitteret motum suum per illam partem mouendo. Et ex alia parte ipsa potest per te continuo intendit motus suum per illam resistentiam vel aliquam eius partem mouendo: igitur ipsa potest non continua per illam partem velocius mouetur cum quilibet puncto illius partis qd ille punctus mouetur. Et sic sequitur contradictionis: cum omnia illa puncta uniformiter continuo mouētur ex casu conclusione. Sed iam probatur tercias pars minoris vero qd illa potest non potest aliquando intendere motum suum: et immediate post hoc uniformiter moueri: quia si sic detur instans in quo incipit uniformiter moueri ante quod instans immediate intendebat motum suum, in quo instans talis potest sit in puncto a, a quo incipit uniformiter moueri per te: sequitur qd tunc incipit moueri cum a, velocius qd vñq; antea mouebatur: et ita velociter sicut a, mouetur per te: cum in a, incipiat uniformiter moueri, et sic continuo ēē in eodē puncto a, ex prima conclusione: igitur ipsa potest non est in puncto a, quod est oppositum dati. Qd patet consequentia quia a, punctus qd ipsa potest incipit ab eodem instanti moueri ex casu conclusione: ergo si vñq; ad instans datum continuo potest mouetur tardius qd a, punctus sequitur qd ipsa potest in instanti dato nō est in puncto a, quod est probandum. Probatur tamē maior videlicet qd in instanti dato incipit illa potest cum a, velocius moueri qd vñq; antea mouebatur: per aliquid tempus per te continua illa potest antea qd attingat a, est in maiori resistente quā sit a, sequido ipsum a, igitur semper anteaq; attigat a, sequitur ipsum a, cum nō sit possibile cum casu conclusione qd aliquando procedat et aliquando sequatur a, punctum cum quo sufficit mouere ita velociter sicut punctus a, mouetur ut patet intuitu: quia alias se

habet ad duo diversa puncta illius resistantiae, cum sit uniformiter difformis ex casu, ergo sequitur, quod numquam est cum diversis punctis in illo tempore, in quo movetur uniformiter. Patet consequentia, quod si in eo tempore esset cum diversis punctis, iam diversas proportiones haberet, maiorem videlicet cum uno quam cum altero, ut patet, quia eiusdem ad minus maior est proportio quam ad maius. Patet igitur conclusio.

¶ Ex quo sequitur, quod ubi in tali resistantia sic progre- diente – ut dictum est – aliquod mobile non variatum aliquando movetur uniformiter, ipsum post hoc continuo movetur uniformiter. Probatur, quia si tale mobile aliquando movetur uniformiter, sequitur, quod ipsum in eo tempore continuo est in eodem punto, ut patet ex conclusione, et si in eo tempore continuo est in eodem punto, sequitur, quod illud mobile non sufficit cum illo punto movere velocius, {quam}² punctus ille movetur, et continuo illud mobile habebit eandem proportionem ad illum punctum, (quia non variabitur, ut pono), et continuo punctus ille movetur uniformiter et aequo velociter ex casu, igitur sequitur, quod punctus ille num- quam praecedet mobile, nec unquam mobile praecedet punctum et movebitur, igitur continuo movetur cum illo punto aequo velociter et uniformiter. Quod fuit probandum. Patet igitur correlarium.

¶ Sequitur secundo, quod ubi in medio non resistente est progressio si[v]e ex[t]ensio latitudinis resistantiae uniformiter dif- formis altero extremonum quiescente, quilibet pu[n]cto conti- nuo movente difformiter, potentia progrediens cum tali resis- tentia numquam continuo uniformiter moveretur. Probatur, quia si per aliquod tempus continuo uniformiter moveretur, per illud tempus continuo esset cum eodem punto, et si sit continuo per aliquod tempus cum eodem punto, cum quilibet punctus difformiter mo- vetur, sequitur, quod ipsa potentia difformiter moveretur. Patet igitur correlarium.

Secunda conclusio: ubi in medio non resistente fit progres- sio latitudinis uniformiter difformis utrumque ad gradum termina- tae quiescente extremo intensiori et remissiori velocius movente, quam potentia sufficit movere cum illo, et quilibet eius punto intrinseco uniformiter movente, potentia illa simul et ab eodem punto incipiens moveri cum tali resistantia non valet diversimode moveri, hoc est aliquando intendendo et aliquando remittendo vel aliquando intendendo et aliquando uniformiter movendo vel ali- quando remittendo et aliquando uniformiter movendo. Probatur, quia talis potentia non potest aliquando intendere motum suum et aliquando remittere nec aliquando intendere motum suum et ali- quando uniformiter movere nec aliquando remittere motum suum et aliquando uniformiter movere, igitur conclusio vera. Ante- cedens probatur, quia talis potentia non potest aliquando uniformi- ter moveri et immediate post hoc intendere aut remittere motum suum nec potest aliquando intendere motum suum et imme- diate post hoc remittere nec potest aliquando remittere et imme- diate post hoc intendere nec aliquando intendere et immediate post hoc uniformiter moveri nec aliquando remittere et immediate post hoc uniformiter moveri, igitur talis potentia non potest aliquan- do intendere motum suum et aliquando remittere nec aliquando intendere motum suum et aliquando uniformiter moveri nec ali- quando remittere motum suum et aliquando uniformiter moveri. Quod fuit probandum. Consequentia est manifesta, et maior patet ex correlario praecedentis conclusionis, et prima pars | minoris probatur videlicet, quod talis potentia non potest aliquando inten-

dere motum suum et immediate post hoc remittere, quia si sic de- tur instans, in quo incipit remittere, ante quod instans immediate intendebat motum suum, in quo instanti talis potentia sit in puncto A, a quo incipit remittere motum suum per te continuo cum inten- siori puncto movendo, quam sit A, et capio unam partem illius resistantiae terminatam ad punctum A, per quam movendo ipsa potentia continuo intendit motum suum, et manifestum est, quod ipsa potentia sic intendens motum suum continuo per illam partem velocius movetur cum quolibet puncto illius resistantiae, quam ille punctus movetur. Alias enim non continuo intendenter per illam partem movendo. Et ex alia parte per te ipsa potentia continuo remittit motum suum per illam resistantiam vel aliquam eius par- tem movendo, igitur ipsa potentia non continuo per illam partem velocius movetur cum quolibet puncto illius resistantiae, quam ille punctus movetur. Et sic sequitur contradicatio. (Quandoquidem omnia illa puncta uniformiter continuo moventur ex casu conclu- sionis.) Iam probo secundam partem minoris videlicet, quod illa potentia non potest aliquando remittere motum suum et immediate post hoc intendere, quia si sic, detur instans, in quo incipit intendere, ante quod instans immediate remittebat motum suum, in quo instanti talis potentia sit in puncto A, a quo incipit intendere motum suum per te continuo cum remissori puncto movendo, quam sit A, et capio unam partem illius resistantiae terminatam ad A punctum, per quam movendo continuo remittebat motum suum, et manifestum est, quod ipsa sic remittens motum suum continuo per illam partem movendo tardius moveretur cum quilibet puncto illius partis, quam ille punctus movetur. Alias enim non continuo remitteret motum suum per illam partem movendo. Et ex alia parte ipsa potentia per te continuo intendit motum suum per illam resis- tentiam vel aliquam eius partem movendo, igitur ipsa potentia non continuo per illam partem velocius moveretur cum quilibet puncto illius partis, quam ille punctus movetur. Et sic sequitur contradic- tio, cum omnia illa puncta uniformiter continuo moventur ex casu conclusionis. Sed iam probatur tertia pars minoris videlicet, quod illa potentia non potest aliquando intendere motum suum et imme- diate post hoc uniformiter moveri, quia si sic, detur instans, in quo incipit uniformiter moveri, ante quod instans immediate intendebat motum suum, in quo instanti talis potentia sit in puncto A, a quo incipit uniformiter moveri per te, et sequitur, quod tunc incipit moveri cum A velocius, quam unquam antea movebatur, et ita velociter sicut A moveretur per te, cum in A incipiat uniformiter moveri et sic continuo esse in eodem punto A ex prima conclu- sione, igitur ipsa potentia non est in puncto A, quod est oppositum dati. Patet consequentia, quia A punctus et ipsa potentia incep- unt ab eodem instanti moveri ex casu conclusionis, ergo si usque ad instans datum continuo potentia moveretur tardius quam A punctus, sequitur, quod ipsa potentia in instanti dato non est in puncto A, quod est probandum. Probatur tamen maior videlicet, quod in instanti dato incipit illa potentia cum A velocius moveri, quam unquam antea movebatur, quia per aliquod tempus per te continuo illa potentia, antequam attingat A, est in maiori resistantia, quam sit A sequendo ipsum A, igitur semper antea quam attingat A, sequitur ipsum A, cum non sit possibile cum casu conclu- sionis, quod aliquando praecedat et aliquando sequatur A punctum, cum quo sufficit movere ita velociter, sicut punctus A moveretur, ut patet intuitui, quia alias sequeretur,

²Sine recognitis: quod.

130

Primi tractatus

queretur cum ipsa posita non salter a puncto i punctum (et semper suppono) qd aliquando fuit in punto a: t si sic sequitur qd semper matisit i puncto a. qd per te ita velociter sufficit moueri cum punto a. sic cut punctus a. mouetur. Et ex consequenti sequitur qd semper anteq; attingat a. est in maiori resistentia quā sit a. t sic in instanti dato incipit illa potentia cum a. velocius moueri quā vñq; antes mouebatur quod fuit probandum. Sed iam probò quartā partem minoris videlicet qd illa posita nō potest ali quando remittere motum suum. t immediate post hoc uniformiter moueri: quia si sic detur instantis in quo incipit uniformiter moueri ante quod instantis immediate remittet ab motum suum in quo instanti talis posita sit in punto a. a quo incipit uniformiter moueri per te: t sequitur qd tunc incipit moueri cum a. tardius quā vñq; antes mouebatur: quoniam semper antea precessit a. mouens cum remissione resistens ut patet ex probatione precedenter partis et incipit ita velociter moueri per te sicut a. (cum i a. incipiatur uniformiter moueri) t sic continuo esse i eodem puncto a. ex prima conclusione igitur ipsa potentia in instanti dato non est in puncto a. quod est oppositum dati. Qd patet consequentia quia ipsa potentia t a. puctus incepit in eodem instanti moueri ex casu collisionis: ergo si vñq; ad instanti datum illa posita mouetur velocius continuo quā a. punctus sequitur qd illa posita in instanti dato non est in puncto a. quod est probandum. Et sic patet quarta pars minoris t per consequens conclusio.

1. coroll.

Ex quo sequitur qd ubi progrederit latitudo resistente t c. vt ponitur in collisione: et potentia sive mobile incipit ab eodem puncto in eodem instanti moueri cum tali resistente: necesse est qd tale mobile continuo uniformiter moueat vel qd continuo intendat motum suum: vel continuo remittat. Qd patet hoc correlarium facile ex conclusione.

2. coroll.

Sequitur secundo qd ubi in medio nō resistente fit progressio latitudinis difformis cuius nulla pars est uniformis cuiusq; omnes partes immediate secundum extensionem sunt immediate secundum intensiōnem: vñq; ad gradum terminare. quiescente et extremo intensiori: et remissiori velocius continuo mouente qd posita data sufficit moueri cum illo. omnis puncto eius intrinseco uniformiter continuo mouente: talis posita incipiens simul moueri a punto a quo incipit talis latitudo progrederi non valet diversimode moueri. puta aliquando intendendo aliquando remittendo. vel aliquando intendendo et aliquando uniformiter mouendo tc. Hoc correlarium eadem qua conclusio demonstratione ostenditur.

Tertia conclusio *Ubi in medio nō resistente est progressio sive extensio latitudinis resistente uniformiter difformis in utroque extremo ad gradum terminare. quolibet puncto intrinseco continuo mouente uniformiter. quiescente extremo intensiori: et remissiori velocius mouente quā mobile qd in tali resistente mouet sufficit moueri cum illo: tale mobile habens proportionem maioris inequalitatis ad extremum intensius. incipiens simul ab eodem puncto moueri cum tali resistente. continuo uniformiter mouetur. Probatur t sit talis posita b. t arguo sic b. posita in casu collisionis vel continuo intendit motum suum. vel continuo remittit motum suum. vel continuo uniformiter mouetur: vt patet ex terza conclusione et suo primo correlario: sed b. potentia nō continuo intendit motum suum: nec punctum*

Capitulum tridecimum

remittit motum suum: igitur continuo uniformiter mouetur: quod fuit probendum. Consequentia patet cum maiore: t prima pars minoris probatur vt delicer qd b. posita non continuo intendit motum suum quia si sic detur propotione a qua incipit moueri continuo intendendo motum suum que sit f. quam habet ad punctum a. illius resistente a quo incipiendo mouetur continuo per te intendit motum suum: t ille punctus a. mouetur continuo a. g. propotione minori f. (vt opozet) Non enim incipit b. posita moueri a. p. propotione quam habet ad extremum quiescentem: quia tunc per aliquid tempus infinita puncta precedunt b. posita quorum quolibet continuo a minori propotione mouetur qd sit propotione quam habet b. posita ad extremum quiescentem ut patet ex casu collisionis: quandoquidem ab infinite modica propotione aliquod punctum illius resistente moueat qd tamē esse nequit: cum ab eodem puncto in eodem instanti incipiat quolibet illorum puctorum moueri cum illa posita b. Capio igitur tunc punctum remissius ipso a. puncto quod moueat ab h. propotione minori f. propotione a qua mouet posita b. maxime tamen propotione g. a qua mouetur a. punctum t arguo sic b. posita incipit intendere motum suum incipiendo moueri ab a. puncto successiue versus c. punctum t alia puncta remissiora: igitur per aliquod tempus c. punctum precedit ipsum b. posam: sed consequens est falsum: igitur illud ex quo sequitur. Consequentia patet et falsitas consequentis arguitur quia b. posita t c. punctum incipiunt in eodem instanti ab eodem puncto versus eisdem differētiam moueri t c. t ipsa posita b. continuo mouetur a maiori propotione quam punctum c. igitur continuo ipsa b. posita precedit punctum c. t per consequens punctum c. nūq; precedit eam quod est oppositum consequentis: Et sic patet prima pars minoris. Sed secunda probatur videlicet qd b. posita nō continuo remittit motum suum: quia si sic detur propotione a qua incipit moueri continuo remittendo motum suum que sit f. quam habet ad punctum a. illius resistente a quo incipiendo moueri continuo per te remittit motum suum: t illud punctum a. mouetur continuo a g. propotione maiore f. vt opozet (Non enim incipit b. potentia moueri a propotione quam habet ad extremum quiescentem ut supra argutum est) Capio igitur tunc c. punctum iterius ipso a. puncto quod moueat ab h. propotione maiore f. a qua mouetur posita b. minore tamen propotione g. a qua mouetur a. punctum: t arguo sic b. posita incipit remittere motum suum incipiendo moueri ab a. puncto successiue c. puncto t alia punctis intensioribus mouentibus versus posam t eam sequentibus: igitur per aliquod tempus b. posita precedit c. punctum. sed consequens est falsum: igitur illud ex quo sequitur. Consequentia est nota: t falsitas consequentis arguitur quia b. posita t c. punctum incipiunt in eodem instanti ab eodem puncto t c. t ipsa posita b. continuo mouetur a minori propotione qd punctum c. igitur continuo c. punctum precedit b. posam: t g. consequens b. potentia nūq; precedit c. punctum quod est oppositum consequentis. Et sic patet secunda pars minoris et ex hoc tota conclusio. Ex quo sequitur qd in medio non resistente est progressio sive extensio latitudinis resistente diffiformis cuius nulla pars est uniformis: cuiusq; omnes partes immediate secundum extensionem sunt immediate secundum intensiōnem vñq; ad gradum terminare. quolibet puncto eius intrinseco mouente continuo uniformiter quiescente extremo intensiori: et remissiori velocius continuo mouet

corolla,

cum ipsa potentia non saltet a puncto in punctum, (ut semper suppono), quod aliquando fuit in puncto A, et si sic sequitur, quod semper mansit in puncto A quam per te ita velociter sufficit movere cum puncto A sicut punctus A movetur. Et ex consequenti sequitur, quod semper antequam attingat A est in maiori resistentia, quam sit A, et sic in instanti dato incipit illa potentia cum A velocius moveri, quam unquam antea movebatur. Quod fuit probandum. Sed iam probo quartam partem minoris videlicet, quod illa potentia non potest aliquando remittere motum suum et immediate post hoc uniformiter moveri, quia si sic, detur instans, in quo incipit uniformiter moveri, ante quod instans immediate remittet motum suum, in quo instanti talis potentia sit in puncto A, a quo incipit uniformiter moveri per te, et sequitur, quod tunc incipit moveri cum A tardius, quam unquam antea movebatur, quoniam semper antea praecessit A movens cum remissori resistentia, ut patet ex probacione praecedentis partis, et incipit ita velociter moveri per te sicut A, (cum in A incipiat uniformiter moveri), et sic continuo esse in eodem puncto A ex prima conclusione, igitur ipsa potentia in instanti dato non est in puncto A, quod est oppositum dati. Patet consequentia, quia ipsa potentia et A punctus incepunt in eodem instanti moveri ex casu conclusionis, ergo si usque ad instans datum illa potentia movetur velocius continuo, quam A punctus sequitur, quod illa potentia in instanti dato non est in puncto A, quod est probandum. Et sic patet quarta pars minoris, et per consequens conclusio.

